Ingressus quoque Vespasianus spectata aetate vel robore
omnium quos sibi tradi praeceperat, elegit VI milia iuve-
num validiorum quos Neroni misit isthmum dire... extre-
senes autem et invalidos MCC iussit necari; reliquorum
XXX milia CCCC venundedit. Universos autem qui quam-
de parte regni Agrippae reperti sunt, regi donavit,
quos rex accepto praetio in servitium obsequia trans-
scripsit. Praeterea populus alius Trachonitidis
et Gaulanitidis regionis et Hipponii et Gadarenorum
quam belli excitores et perturbatores concordiae,
deserentes propria, incursantes aliena, qui in
armis pacem violavissent, noluisse et debitam pro
flagitiorum meritis poenam dedere.

## EXPLIC(IT) LIBER TERTIUS

## INCIPIT LIBER QUARTUS

Capta Tarichea maxima ex parte Romani Galilae
urbibus ac finibus potiebantur, nisi quod Gaulanitidis regio-
nis urbs Gamala contumacis populi alebat spiritum,
locis fisa asperioribus. Namque ea in monte est sita,
dextra laevaque praeruptis circumcisa rupibus, ad summum
artatur, a fronte abscidit(ur) profundo hiatu, in posterio-
ra aliquantum diffunditur, ab ea quoque parte angusto dif-
ficilique accessu, ut caudae simile iter iudices. Ad urbem me-
antibus a summo vertice collum in immensum extendens
uta cheim tamquam caput praeferat atque in sublime
erigat altitudinem, exilis a principio et tamquam sinuata
clivosis anfractibus sulcata atque in profundum demersa, dein
quasi tendens se item quendam cervicis medio attollens,
cetera praerupta atque invia; unde plerique a superioribus
camellam vocitatam putant, quod formam camellae
praeferat, sed corrupto incolarum usu Gamelae nomen
urbi inhaesit. Iam si contexta aedificia spectes, suspensa